

der Kaiserurkunden n. 197. Nach Abschrift von A. Werminghoff.

Loudewicus^a Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . ministro, . . magistris civium, . . consulibus et universis civibus Constanciensibus fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Regalem decet sollerciam ita subiectorum curam gerere, ut singulorum status, iura et pax inconvulsa serventur. Hinc est quod nos pacem et quietem vestram et aliorum nostrorum et sacri imperii fidelium permaxime affectantes, fidelitatem vestram monemus et requirimus seriose, quatenus opem et operam efficaces pro pacis et quietis vestre et terre observantia diligencius apponatis usque ad nostrum adventum ad vos, quem dirigente Domino vias nostras quanto cicius poterimus maturabimus, iam in itinere constituti; scituri, quod nos extunc de vestro consilio pro regimine, gubernacione et aliis ad salubrem terre statum pertinentibus uberioris sollicitudinis studio intendemus. Insuper scire vos volumus, quod in die beate Katherine virginis in civitate nostra Aquensi cum ea reverencia qua regalem decuit excellenciam suscepti et intronizati iuxta morem in loco solito, videlicet ecclesia gloriose Virginis ibidem, dyadema regium suscepimus cum sollempnitate debita et consueta.

Datum in villa Merznich prope Thüren¹, IIIL. Kalen. Decemb., regni nostri anno primo.

Auf der Rückseite von gleicher Hand die Worte: Prudentibus viris . . ministro, . . magistris civium, consulibus et universis civibus Constant. fidelibus nostris dilectis. Mit Resten des aufgedruckten grossen Siegels.

XXXVII. König Ludwig an die Stadt Konstanz über einen zu errichtenden Landfrieden. 1314 Dec. 9².

Or. Karlsruhe, Generallandesarchiv, Select der Kaiserurkunden n. 198. Nach Abschrift von A. Werminghoff.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . ministro, magistro civium, consulibus et civibus in Constancia fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

a) 'Loudewicus' Or.

1) Merzenich bei Düren. 2) Bisher nur im Regest Zeitschr. für d. Gesch. d. Oberrheins N. F. I, 89.